

propositum, germen evulsam, quod non plantatum: equidem quod ad speciem tantummodo floruit, priusquam evelleretur, exaruit.

- 2. Tempus evellendi, quod plantatum est. Oppolita exponuntur, ut concilietur in animo: plantatio scilicet & evulsio in amenitatem virtutis, & exitum corruptionis: igitur vitium evellitur, ubi supplicium in medicinam plantatur.
- 3. Tempus evellendi quod plantatum est. Exigit hostilitas, ab inimicorum agro stirpitus evellere gratias. In huiusmodi facinus, nunquam debet esse tempus: quandoquidem crescit splendor gratiarum, & benefactoris meritum; si quod semel plantatum, nunquam evulsum.
- 4. Tempus evellendi, quod plantatum est. Terribilis sane peccatoribus vox, quorum impius, pravus animus, cæcæ ar-

bitratur, nunquam adventurum tempus: etenim evellat iurē iustitia, que in criminum penitentiam plantavit misericordia.

- 5. Tempus evellendi, quod plantatum est. A radice phantasia lævæ, ex plantatione iniuriæ, occidit fructus; nemp; studium captæ vel capicæ ulsionis. Ex offensa excandit cor. Datur in vindictam tempus, datur opportunum munus. Erit tunc? Tunc est tempus evellendi, quod plantatum est: etenim studium vindictæ in adepta dignitate, evellendum è radice.
- 6. Tempus evellendi quod plantatum est. O homo! facius tempus, ante tempus; ut mors sit vitalis, memoria tantum, & non enitæ mortis: igitur si vitam mortem meditatione concepit; ipsa antequam evellatur, vitii omnibus exaruit.

DIDASCALIA PRIMA.

Conversatio secularis Monacho pestis.

Nihil turpius, quam quod in domo Dei inveniat scelus: equidem cum iustitia equalis omnibus sit obstringitur, ut iudicium incipiat à domi Dei. Nemo illic (ait Cornel. Tacit. de Morib. Germ. cap. 19.) vitia videt: nec corrumpere & corrumpi, seculum vocatur. In Religiosis profecto vitium, quicquid fert seculum: necessariumque ne rideant scelera; quod ancipiti gladio præsecetur à iustitia, quicquid in claustra seculi ingesserit corruptela. Conversatio secularium Monachis præfens venenum: patetque miraculum, non infici linguis in medio scorpionum. Homines labore ac patientiâ gaudentes, tenacissimè patriæ nervos, externarum deliciarum contagione solvi & bebetari (inquit Valer. Maxim. lib. 2. cap. 6. n. 1.) cum aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuria ad virtutem transitum viderent. Alibi dixi ex Ovidio, 2. de Remed. v. 219.

Tacit. Venenum aspidis sub labijs secularium Valer. Maxim. Ofid. Pl. 118. 27.

nebrardus, & alij plures. Facilis sanè morbus, dum nocet visus. Huiusmodi votum nonnumquam debet foreri intra Monasterium, ob præceptis mortis periculum: igitur non fumerent Monachi seculi idola, & horum adorationem, ni prius seculi nocentis aspexissent vanitatem.

2. Astruit Basilus. Qui secularium hominum amicitia delectatur (inquit Monastio. constit. cap. 12.) eaque re assidue eum illis esse in colloquio cupit; ex frequentie cum illis sermone pravas eorum affectiones in animum facile insinuaerit, & mente rursus cogitationibus mundanis completâ, à præclara illa, quam erat ingressus instantiâ operis desisset, & à se deinceps proscripta vite spiritualis utilitate; quem ex animo fuderat, vite prioris vomitum resorbabit, atque ideo sancius tandem concidet, miserè confusus ab hoste. Videtur enim funestara vocatio, iugulata devotio, sopita professio, seculi virus, sancium lethaliter peccus; imò hostis astu, sanum quod florebat, totum vulnus. Qui ex alijs castris, commissi sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum: fervierunt sculpilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Quid ex visu idolorum, nisi præcipitium? Quid ex gladijs, nisi vulnera? Quid è serpentibus,

Unde Monachi insidiantur Basil. Seculi ille cebra in parvum cion Monachi.

nisi venena? Quid ex utroque nisi mors? & nihilominus seculum ita suave cordi est; ut iustitiam non solum sacrilegè trahat, sed & adoret. Pericula dicit Ethnicus, ut caveat Monachus. Horum omnium sermo vitandus est (inquit Seneca, Epist. 123.) hi sum qui vitia trahunt, & alio aliunde transferunt. Pessimus genus hominum videbatur, qui verga gestarent: sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet: nam etiam si non statim offiendat, semina in animo relinquunt, sequiturque nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrexerunt postea malum. Malum prosum, quod videatur felicitas. Malum, quod summa iam infatuato prosperitas: sero cognito veneno, technaque demonis, cum desciderent quasi vulnerati in plateis civitatis.

Senec. Thren. 2. 12.

3. O Monache! Quid tibi est in via Ægypti, dum inde fugisti, quia opprimeris tyrannide? An fuga credenda? Nescitur fuga, ubi sub habitu religioso Ægypti servantur idola. In famigerata Machabæi victoria aliquid haustum de mœstitudinis fonte, cum è suis aliquor fuerint desiderati; quod illum pupugit vel parva victoria, eò quod frequenter, integro exercitu, revertetur in castra. Causam mortis cognovit, quando illorum cadavera effertur iustis. Invenerunt (dicitur) sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, de quibus lex prohibet. Omnibus ergo manifestum est, ob hanc causam eos corruisse. Lex idola proscibit, quia tantum Numini adorationem direxit: morianturque salvis alijs, qui in Dei militia studebant idolis; quippequam fracta lege digni morte, qui dant idolis, quod debetur Numini. Manifestum est, ob hanc causam corruisse. Religione additi erant idolorum odio, ut vitam illorum ab hostibus lege custodiret religio. Hostes cum gladijs erant, fed quasi non essent; ni idola contra se fumerent. Sumperunt, & mortui sunt. Causa manifesta est. Haud vulnerati gladijs, sed idolis; quia quodlibet seculi idolorum, nonnumquam exit in ancipitem gladium. Visi idolis, causa necis manifesta est, cum adorationem in Numen debet dirigere cor. Non nocent idola, nisi adamata: illique corrunt, ubi focij inter gladios exultant vitæ; quippequam dilectione dum fovit peccus, non gladius sed idola fecerunt lethale vulnus. Si palmi ferrent, cogereantur proijci; quoniam idola advertabatur legi. Pellexit aurum, ut pretio, fulgoreve simularet.

2. Mach. 12. 40. In mundum affertur, videri Monacho.

Letbalis in Monasterio, seculi imago.

tur delictum: at morte patuit, quid uniusquisque tulit; ut dicitur in Religione Monachus, unde anime locia perfectione vulnus; igitur temper afferit super vulnera vulnus in mortem; idolis seculi in claustrum vivere contra legem.

4. Ulterius. Omnes (subditur) benedixerant iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. Videtur infatuatis à seculo, nullum nocentium in hunc seculi idolis, dum longe sint ab adoratione peccatoris. Nullum discrimen inter habere & adorare. Illis damnum occultum iuxta iudicium proprium; sed non iuxta Dei iudicium, qui morte nocentia manifestavit occulta: igitur nulla in mortem vitæ spiritualis maior causa, quam in claustris habere occulta seculi idola. Exierunt ut in vitia adversus religionem, decertarent; & nihil è seculi vanitatibus fumerent. Nihil è mundo derelicto sumendum, dum recessus sit in claustrum. Quicquid è seculo fertur, in vulnus sumitur: hique incutit quæsitæ mortis; ubi datur cæteris gaudium vitæ; quoniam viventes in claustrum, non homines, sed cadavera, dum secum in religionem occulte ferunt idola. Si palmi ferrent; signum erat, quod legem ignorarent. Sub vellibus collocatis simulacris; cognoscitur adversus præscripta legis, foto in sinu seculo, sub religionis habitu, illique præ cæteris cadunt, imò moriuntur; quoniam mors anime, signumque corruptæ vitæ, ubi deaurantur seculi abominandæ vanitates, sub habitu venerandæ speciosæ religionis. Sub vellibus, sub tunicis. Venenum vel aurum: Sub auri specie præsentissimum venenum: erant dum cognita causa mali, ferentes iam erant mortui. Deus manifestavit occulta, ut morte illorum legis inhibentis constitutur obtervantia; & dum titillat fucata seculi vanitas, ne stendant iusti ad iniquitatem manus suas; quandoquidem si mors vagatur per claustra, illic duxerunt occulta seculi idola. Pendet: Sub tunicis. Arbitrati sunt, nunquam videnda, & in morte illorum Deus revelavit occulta. Nihil occultum, quod non sciat. Malum, dum sine remedio seculi, latente in vulnus lethale morbo, atque procul timore de periculo. Videtur sæpe in tunicis species perfectionis: aliud sub tunicis: nimirum occulta simulacra vana in morte illorum inventa. Totum revelandum, quamvis penitissimè in novissimis eorum: & inter seculum & religiosum habitum; exitus acta probant.

Verf. 48. Magistro cet dum magistra 101.

Tom. VII. Taut. Q 999

igitur per mortem patet, sæculi idolis quodnam nomen adorabant.

5 Ergo principali proposito respondeamus. Quia in seculo vasa mortis, & gladius ex simulachris, cum onere gravissimi per servitium, mollestissima tyrannidis; pierque Aegyptum sæculum fugiunt, sed non evadunt; inò quærentes vitam, moriuntur. Unde ergo? Ex voluntario morbo. Fugiant sæculum, secum ferentes idolum. Sub tunicis later, quod animum laudans officit. Non fugerunt fugientes, sæculum secum portantes, mancipato occulte affectu in idola, quorum fugebatur fuga: patet per fugientium mortem, servasse seculo fidem: equidem in fuga gaudent vitæ, ni sub habitu sancto foverent sæculi idola. Relinquunt mundum, non mundi affectum. Secum portant, mala sua uti virtutes numerant: & quo se religiosos esse credunt; eò deterius peccatores fiunt. *Animum debes mutare, non celum* (dicit Stoicus, *Epist.* 28.) licet vastum traieceris mare; sequentur te, quocumque perveneris vitia. *Præmit te eadem causa, qua expulit. Quæris quare te fuga ista non adiuvet? Tecum fugit. Onus animi deponendum est. Talem tunc esse habitum tuum cogita.* Verè aurea verba. Si animum deponeris sæculi, sæculum fugies: aliter tecum vadit: vitia pro virtutibus aurata latent sub tunicis: habitum tuum cogita, ne abscondantur sub illo affectivè simulata: equidem in mortem ruas, si idola sæculi obducas sub habitu religionis. *Perijt consilium à filijs, inutilis facta est sapientia eorum. Fugite & terga vertite:* ait Ieremias. Consilium bonum, à sæculo fugere in Monasterium: utilis filiorum sapientia, si verso vultu accipitur fuga. Ita ergo sapientia cedit in utilitatem, & consilium in virtutem; diciturque recedentium sapientia inutilis, & consilium primum pravitatis, quoniam versus mundum, etiam terga vertentes, non fugerunt: quandoquidem fugientes in Monasteria, sub tunicis cordis ferebant sæculi idola. Sapientia habitat in consilio piorum, non impiorum; detestans viam pravam & os bilinguam, sæculum fugientium, ac in fuga sequentium: in consilio bono, sine utilitate amittunt sapientiam, amplexantes sub tunicis stultitiam: igitur stulticia suavia fugam sæculi religiose meditari, & sæculi imagines corde in adorationem ferre. *Stultissimus sum vivorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & non novi scientiam*

Non fati religiam mundum, quin relinquantur affluu.

Senec.

Ierem. 49. à 7.

Haud de audentur vitia.

Provozo 2.

sanctorum. Stultissimus; qui inter sanctiores maxime: Utiq; è primo creatione templi, verè studuit religioni; in qua sanctorum scientia: ab illoque defecit vel sapientia humana; quippe in summa sapientia summa stulticia, sibi in adorationem sociare cuncta simulachra Gentium, & vivere ceu perfectus, quia ingrediebatur Sanctuatum.

6 Hinc ut N. Gloriosus Patriarcha inquit: *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in voluntatibus suis: Ita Regul. Sancta cap. 7. Væ duplici cordi, & ingredienti terram duabus vijs. Suspenduntur capillis, cogitationibus omnino superfluis, ob vanam, apparentem gloriam inter cælum & terram. Unde nec terra suscipit, nec cælum respicit, pendulis animis, quoniam suspensi capillis; quousque fecit Proserpina erinem, & cornuat graviore lapsu in dæmonum societatem. In voluntatibus suis: dicit Benedictus. Quotas habent voluntates? Duplices. Qui in perfectionem recedit à seculo, unam duntaxat habet voluntatem, in cunctis calcato seculo sequens virtutem: oculos claudens, ne malum videat; obturans aures, ne voces audiat: Benedictusque non dicit in corruptis voluntatem sed voluntates; ob diversos respectus in ingressum Religionis: igitur in illis apparere voluntas querendi inter perfectos religionis perfectionem; sed ut inveniendi religionis specie, totius sæculi involtens idolorum vanitatem. Subseribit Bernardus Romil. 4. *Super missus est. Voluntas est querendi cacumen exaltationis, in schola humilitatis: esse aliquid, per habitum, ubi qui aliquid, rediguntur ad nihilum. Fieri, ubi reliqui contendunt exinaniri. Honorari, ubi studium, honoris despici. Sæculum sequi, qui à seculo derepisti, dum ab illis explicatur amor vel furor, cuius furentis amoris nec ipsum sæculum memor; ut sicut maiores in claustris, quam fuissent in mundo. Proh dolor! Hæ duplices voluntates non tantum sunt corruptelæ, sed corruptiones. Non post reliquam, appetivere sæculum: nunquam reliquerunt: à seculo confecerunt iugum. In ingressu facta sunt vulnera, ambitione stolidissime forâ. Specie religionis obducta sunt in principio cicatrices, animo intractum sacro, auro idolorum sub tunicis actu occulto; quali non esse insipientia, habitus sanctus & sæculi idola. Unde cum pus voluntatum gliscat cavitate vulnerum; à facie insipientia, cicatrices sunt**

S. Benedicti. Psal. 13. 1.

Vanitati insipientia, habitus sanctus & sæculi idola.

Plalm. 89. 3.

Piprus vi t. iii. reditudo vocatio. iii.

corruptæ: descursuque temporis, qui Superiores quærentes in voluntate perfectionis virtutum; inveniunt ex voluntatibus peccatoris corruptionem & putredinem. Illi veniunt, ut surgant: verum iter lubricum, ut miserè cadant: disponunt utique ingressum, ut labatur pes eorum.

7 Diferentiam vocationum voluntatis & voluntatum, exprimit Regius Plates per effectum: *Ipsi (ait) obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.* Pro *Obligati*, Genebrardus & Maluenda ex Hebræo legunt: *Curvati sunt, vincti sunt, infixi, constricti sunt.* An quia ceciderunt, vincti, vinctique fuerunt; vel quia vincti, præcipites offenderunt in lapsum: Cum voluntatibus in ingressum Monasteriorum curvantur; ceciderunt, antequam ingrederentur. Non voluntate ingressi, sed necessitate constricti. Voluntatibus curvi premebantur, ut specie religionis, in illa sæculi quærent commodum cum illorum ut vanum tæderet sæculum: cecideruntque habentes ex affectu civitatem, quoniam exierunt in recta intentionis rectitudinem. Vincti sunt, & liberè introeunt; Utiq; ex curvatione cordis, mentientes vocationem; quia nequaquam in virtutem: portantes catenas desideriorum, quæ nefas etiam sæculi levissimum desiderium. Unde cum onus curvet, & affectus in gressum vestigia liget; quid mirum, etiam validi quod cadant, dum secum curvâ intentione vincula affectuum studiosè gerebant? Alienati sunt hi peccatores à vulva, erraverunt ab utero, & ad vocationem in professione locuti sunt falsa. Qui loquitur vera, professione surgit: qui loquitur falsa, in ipsa erectione cadit: illique ceciderunt, ubi ceteri eriguntur; quippe tantum ingressi ut erigerentur. Elucet ex hemilichio. *Nos autem surreximus & erecti sumus.* Quiquid in mundo, sunt in somnio. Ideo iacent: excitantur vocatione in status perfectionem, ut surgentes erigantur in optabilem virtutem, abnegantes secularia desideria, quibus iacet dormiens anima, oppressa mortis caligine, atque vincta sæculi simulachrorum dulcedine. Luxta vocationis rectitudinem vel curvatarem, videmus quotidie vel lapsum vel erectionem. Qui nil querunt nisi Deum, iacentes excitantur & eriguntur. Qui se querunt, surgentes in altum, cadunt: equidem cum lapsus causa sint extra sæculum secularia desideria iacent, mentientes in habitu erectionis speciem, cum miniat quæ-

rent vel surgentes erectionem. Quis ergo non erigitur, dum surgit? Qui erectus iacet. Surgunt omnes, qui vocantur in claustra; sed non omnes surgentes eriguntur à miseria. Cadunt qui in seculo, surgunt qui in claustris, imitantes iacentes incolas mundi; qui surgentes, non erecti. Non novum, quod caderent, antequam surgentes; nec mihi mirum, quod surgentes caderent: equidem cum nemo perfectè surgat, nisi erigatur, & erectio fallaci vocationi denegerit; surgentes iacent pravis affectibus, ex quibus frequenter lapsus: igitur sepe experiuntur vocationis agilitudinem, qui se querunt & nequaquam in ipsa vocatione vocationem. *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt.* Surgentes corruunt. Quia obligati, non erecti. *Nos autem surreximus, & erecti sumus:* quoniam adorti huiusmodi religionis speciem, sed propter religionem religionem.

8 Sane casus? Multiplicata est in eis ruina. Non cessavit qualitas. Natum ad speciem virtutis gerenti, aruit statim, quia non habebat humorem. *Tempus evolvendi, quod plantatum est:* dicit nostra Tautologia: & iurè pro sarili, apparenti vocatione dicitur; quia omnis plantatio, quam non plantavit Pater cælestis eradicaabitur. Verum quare si ad evulsionem plantatio supponitur, modò exprimitur? Quia pravo in virtutem sine, datur evulsio sine plantatione: etenim si virtus in statu Monachorum nobile germen, & pectus nequaquam dirigitur in virtutem; extra virtutis ac perfectionis propositum, germen patet evulsim, quod non plantatum: quandoquidem ad insar soni rectorum specie floruit; sed illud antequam evelleretur, exaruit.

Exoritur simul, atque cadens, Aclivis pariter declivis iungens. Accinit Manilius, 1. *Astronom.* cap. 3. v. 49. Quid hi languent? Quid si in ipsa ariditate non virent? Quid si in virtutum amenitate non florent? Et hi radices non habent: equidem cum sæculum prævium esset illorum propositum, nunquam in illo rum corde vita fuit radix virtutum. *Ex sanctorum convicta marer exurgit: animo non satis Deo, aut celestibus debito, melancholia exoritur: universam internam mentis robur desiccatur; quicquid spiritus, radicibus extrahitur. Hinc languor* (ait Scribani, 3. in *Medic. religios.* cap. 18.) *& spiritualium fastidium, inò nausea, sibi que, aliisque gravi, miseram vitam trahit, finitque etiam miserorem.*

Quædam vocatio sine vocatione.

Eccl. 1. 2.

Manil.

Vade ergo claustrum a fastidium

Scrib.

Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum; ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

9 Sic igitur haud quiescit animus, sed virus cupit vomere pectus, satagens advehere quia ipse corruptus, in Monasterium, quod etiam ipsis sæcularibus fastidium: factus est tædio in paradiso voluptatis, serpens tortuosus: nimirum, ut Epist. 143. n. 2. ait Bernardus: *Sufurro, bilinguis, marmurans, contumax, impatiens disciplina, inquietus & vagus, qui panem otiosus comedere non erubescat.* Quod ergo furenter deveniet animus, quem nulla cognovit virtus? O fastidium (exclamat Guarticus, serm. 1. in Pentecost.) *vineæ cordium, rubigo mentium, languor pessimus animarum! Que enim lux tam pestifera, quis morbus ita letalis, qui faciat hominem immemorem sua salutis, videntem ac male securum appropinquare usque ad portas mortis. Nil ultra? Recedere valeret, si ad portas mortis dumtaxat appropinquaret: sed dicunt improbi & reprobi, clamanti aliorum virtuti: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Cum morte & inferno? Omnino. Cum inferre nequirent in claustra corruptionis virulentiam; amicis inferno & morte, cogitarent apostasiam. Germen sanè amaræ radicis, futilis & fucatæ vocationis, cum affectu vitæ turpissimæ sæcularis: igitur ubi uotum non conversio, morum subversio, & nulla reversio, sed præceptorum aversio. Ubi in proposito virulenta vitiositas, exultat votorum stabilitas. Peccatum peccavit cor, propterea instabile factum est. O vile ovium, luporum cupiebant facere mentito collore pellium. Pro iniquitate tentoria videntur Æthiopiæ, & pelles Madiam turbata. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, iacentes antequam caderent. Ubi alij surgunt, amantes virtutem; ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare. Canit Buchananus: *Qui scelerare gaudent, scelerare labuntur ab ipso.*

Bernar.

Quid in quibus

Job. 21. 14. Isai. 28. 25.

Ubi in votis visitatis, instauratum multum stabilitatis.

Buchan.

Pf. 113.

10 Hoc opus cum voluntatibus ingredientiam religionem, in quibus ut vidimus, *Corrupti & abominabiles facti sunt.* Vulneris cordis sine reſtitutionis proposito, est facta cicatrice, secuta corruptio: corruptionem verò morum abominatio: igitur nulla maior in ruinam, quam precipitari furenter in apostasiam. *Qui de*

Monasterio ad sæculum descendunt, carbones nigri efficiuntur: subdit Bernard, ad Soror. cap. 20. n. 59. *Quid cum his pessimis etiam sæculares? Cadent super eos carbones;* dum avidè sumunt peccatorum facies.

Inſicit extinctus, qui viciis aduſerat olim. Accinit Picinellus, 2. *Mund. Symbol. n. 125,* Carbo vel abſcicit, vel nigrefcit. Extincta flamma, qua ambuſta religio, nihil in apoſtata videtur niſi nigredo: & ſuper protegentes ſæculares, cadunt carbones; quoniam quicquid etiam in ſæculo tangit, ut niger carbo fuligine tingit. Cuncta ſædat, conſpurcat, denigrat; quippe ſecum in notam maculam portat. *Vernaculè: con la mancha que lleva, todo lo tizna.* Ita habitant cum carbonibus deſolatorijs, quorum nigerrimæ facies: etenim quam fovebat pectus ubique perſidum, prodit quaſi ex adipè iniquitas eorum. Prodit: ſanè ſub tunicis latebat, quod in opprobrium, in dedecus religionis apparuit: non enim tunc parturirent iniquitatem, ni priùs concepiſſent de religione dolorem. O Domine! In multitudine virtutis tuæ, mentiuntur tibi inimici tui, ſanctæ vocationis ſpecie. Diverſorum morum ſunt, qua de cauſa cor illorum vanum eſt, & animam acceperunt in vanum, quam vel extræcècum reſinebat ſæculum; quin recederet animus, quantum diſſitum corpus: reque expulſo, animo pravo, ſit illorum in ſæculo reverſio: quia dumtaxat iuſtoſ habitare facis & unanimè in domo. Vulneris internum alè ſederat cordi: inter valentes procedebant corrupti. Ab occultis ſub tunicis vomica, venit ultima plaga, qua fit cunctis manifeſta. Unde Dei iuſto iudicio ex corruptela leproſi & abominabiles, proſciti ſunt, ad cruciamentum in tenebras exteriores.

11 Publicani & meretrices præcedent in regno Dei. O ſumma Conditoris, & Aſſertoris clementia! *Filij autem regni eijciantur in tenebras exteriores.* O clementis inſcrutabilia iudicia! Quid literaliter ſunt exteriores tenebræ; dicemus fuſè, Tom. ſeq. Tautolog. 8. à n. 53. Tropologice tenebræ exteriores, ſunt effectus internæ cæcitatè: quapropter dixit Dominus: *In iudicium ergo in hunc mundum veni; ut qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant.* Publicani & meretrices plus vident aperti oculis, dum videntes attræctant oculis clauſis, fugientes illuminationis formam; quia oculos ſuos ſtatuèrunt declinare in terram: & omnino mi-

Pf. 139. 14.

Picinell

Cur Ap. ſtata dicuntur carbonem

Morum celluſe, ante egreſſionem egreſſi.

Marchi 8. 12.

Ioanni 19.

miserabile, ipsa luce cæcutire. Ergo in proposito articulum. In Monacho pravo præ nimia iniquitate, interiores sunt & exteriores tenebræ. Interiores, dum corrupti; exteriores, ubi ex internis abominabiles facti: etenim recessu haud caderent in exteriorem abominationem; ni prius corruptela morum internam adamallent cæcitatem. Exterior dissolutio est propositi speculum, in quo perspicuè exploratur votum: numquam vivebant regule, numquam ordini, sine lege in voluntatem pravam, reuenerunt accipere disciplinam, habentes lugentium habitum. Unde cum Spiritus Sanctus disciplinæ effugiat fidium; de interioribus tenebris lapsi sunt in tenebras exteriores: equidem cum de claustris recesserunt; animi relaxationem nescientibus indicantur. Est amantis animus, ubi amoris scopus. Ubi est non manet, sed ubi diligit. Affectu habitatur sæculum vel claustrum. Qui avertatur claustrum, æcutit: qui deserit, cecutit in illo, dicit. Tenebræ interiores patent ex externis tenebris. Corpora vaga tranſierunt in pravum affectum cordis: & egreſſi ſunt quaſi gloriaſter in mundum; ubi priùs, latente dolo, collocaverant affectum. Si ab hoc pendet diſtancia vel præſentia; fugerunt, quando proſtrita obſervantia. Ubi datum peſſum ſanctiſſimum inſtitutum, deſertum eſt Monasterium: internæque tenebræ per externas connotantur; quippequam longiùs egreſſi, antequam egrederentur.

12 In fictionem vocationis, deducit Bernardus animi instabilitatem, & morum abominabilem sentinam & corruptionem. *Multis (inquit) in Monasterium veniunt, ut ibi gloriaſter vivant: male incipiunt & male conſummant, ſemper vagi & numquam ſtabiles.* Cum non habent quod volunt, detractores: fratres ſuos iniurijs aſſicientes, moribus indiſciplinatis, geſtu & actu inordinati, habitu elati, moribus inepti, bonis præſtitis ſemper ingrati; Chriſti præcepta, que audiunt vel ſciunt, ventorum vanitati dedicaverunt. Inſta Domini contemnent, conacula amantes, Deum Omnipotentem calcibus nequitiæ & malitiæ percutientes; quod promiſerunt coram omnibus Sanctis, non obſervantes. Hactenùs Meliſſus Doctòr, de Verbis Domini, ſerm. 12. n. 97. Quid mirum, his moribus internis tenebræ ex ſæculo in ſæculo exteriores? Cognoviſcit mundus ex ſæculi vanitate, in Monasterio relicto diù vixiſſe ſine lege.

Habitat Monachus ubi collocatur affectus.

Bernard Qui fuerit apostatus?

13 Dilexerunt enim magis tenebras, quam lucem. Erant enim illorum mala opera: Videamus ergo, quam mala! *Vide ergo* (dicebat Aſſertor N.) *ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint.* Quomodo igitur tenebræ in ipſo lumine? A pravo vel erga bona intentione. Fugere è nequam ſæculo in clauſtrum, proſectò bonum; quippequam ipſa vocatio lux eſt: & in tenebras convertitur ex intentione ipſa lux; quoniam in luce vocationis omnino tenebræ; ſi vocati reſugiunt ad quod vocati. Lux eſt vanitatis obliſio, deliciarum proculcatio; ſtadium virtutis; ſatagentia humilitatis; proprii iugulatio amoris, planctus ex punitione criminis: bonaque cætera, que docentur præctice Monasteriorum ſchola. Ad hæc vocatio, que lux: ſed vide, ne tenebræ pravè ſint; igitur quaſiſis deſicijs in diſciplina mortificationis, libertate in ſervitute, & amore in odio ſæculi (ita ut quòd non habetur in mundo, hypocriſi acquiratur in Monasterio, & ſpecie venerabilis habitus voluptatibus mundi fatietur pectus) cum ſit in fulgore ſtatus tortuoſæ intentionis prævitæ, lucida bona convertuntur in tenebras: que quidem cum extra erumpere ſollicitent, ut ſine lege proſubio vivere pravi poſſint ex latentibus tenebris, proſiciuntur miſerandi in tenebras exteriores.

14 O terra miſeriæ & tenebrarum, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat! *Iſti tales recedunt à Chriſto, quia recellerunt à propoſito ſancto.* Si pactum, quod cum Chriſto pepigerant (ait Bernard, ubi ſupr. ſerm. 11. n. 86.) obſervarent, venena jam vomita ſubſtarent: & idò cum Chriſto non merentur manere; quia pactum Domini non tinuerunt inſirmare. Sed utinam ſcirent, quantum ſit amaritudinis; fontem relinquere vitæ, auctorem meliſſiſſiue iucunditatis, Dominum mundi, decus paradisi, gaudium æternum! O quam miſera commutatio! O quam cæca cupiditas! Facit regulam in apoſtaſiam, diſciplinam in laſciviam, clauſtrum regulare in campis licentiæ, caſtitatem in impetiſſimam, Monachum in motionem, directum in pravum, planum in aſperum, filium Dei in filium diaboli. Hæc non eſt mutatio dextera Excelli. O quam amara mutatio! O quam dura translatio! O quam terribile à Chriſto recedere, & diabolo adhxerere, Redemptorem ſpernere, & peremptorem diligere! Commutaverunt gloriaſiam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fenum.

Luc. 11. 36.

Unde fulgor lucis illorum, obſcuritas tenebrarum?

Bernard

Quis in illis tenebrarum tenebræ, & ſua corruptio?

March 6. 23.

num. Stulti facti sunt in cogitationibus suis. Brevi Christus: Si lumen, quod in te est, tenebra sunt; ipsa tenebra quae erunt? Propter hoc tradidit illos Deus in desideria cordis, in passionibus ignominiae, in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, contentione, dolo, malignitate, furriones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompósitos, sine affectu, absque fide, sine misericordia. Haec Doctor promit Gentium, Rom. 1. a 24. Haec tenebra tenebrarum est tenebrarum luce, ipso splendore languente. Haec abscondita tenebrarum & potestas in vanitates & insanias falsas; quae maior furor, quia non cognoscitur error, de quo Didascal. seq. Videre in homine pravo (ut Virgil. dicit, A. Aeneid. vers. 65.)

— Quid vota furentem, Quid delubra iurant

Virg.

DIDASCALIA II.

Vulnerum vitiorum medicina, Iustitia.

1 IDEM modò lapis movendus; ut in animi pravi mutabilitate nullus sit motus: etenim, ut inquit Seneca, Epist. 27. Quibusdam remedia monstranda; quibusdam inculcanda sunt. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas; quae non ventura tantum, sed praeterita nocent. Numquam nimis dicitur, quod nunquam satis dicitur. Vidimus Didascal. praecedi: pravos devolutos, infixosque in limo profundis, lutoque faecis, ob fucaram speciem vocationis, quasi dicatos Orco; Ut advertat, quisquis delicias huius saeculi, & facultates rerum temporalium, quarit in nomine Christiano: ait Augustin. 1. de Sermonibus Dominis in monte. cap. 5. Iuxta genus suum fructum tulit semen corruptum dedecoris, nequaquam fructum honoris & honestatis; voluntate ac voluptate accepta tantum pro lege; sed quòd lex sic voluntate illorum, desideria voluptatum. Pro lege eis est desideriorum voluptas (inquit Magister & director Monachorum, Benedictus Pater, Regul. S. cap. 1.) cum quicquid putaverint

Senec.

August.

In Monachis corruptis tantum lex, quae voluptatibus.

Senec.

vel elegerint; hoc dicitur sanctum: & quod noluerint, putant non licere. Iuxta proprium commedum & prolubium, dicunt bonum malum & malum bonum, auctoritate cupidinis, fuisse tenori legis: illeque vagantur, & furentes irascuntur, ni concedatur illis vivere ad placitum. Si vitium rescare studeas, & intentionis ingressus cum actionis egressibus (ait Bernard. inter Varios, Tom. 5. serm. 3. in Navio. Domin. n. 8.) statim Ciceronis eloquentia renovatur, excusatur, defenditur quod opponis; & offenderis qui proponis. Interrogat de loco, de tempore, quando factum: Parentes advocat, patrocinatores quarit, gravari se indicat: indicat se recessurum, malle mori, quam pati talia; & quae visibili negant, & quae non vidit, in te convitia retorqueas. Sic spinam sentis, & tempus praedis odium incurris, nec corrigis; & quem totum tenere putabas, totum amittis. Libertatem in illicita quaerit, obices odit, saeculum placet: & cum spina criminum torqueatur conscientia; assentitur fugae dum configitur spina. Revocat Deus ante factum, ut irriter in pectore votum. At ille, ut aliò canit Virgil. 6. Aeneid. a v. 78. Bacchatur, magnum si pectore possit excussisse Deum: tantò magis ille fatigat. Induratum est cor, quia vanum est: & relinquitur in votum ferale, atque praecipitium ut discat saeculi plagis, quam amarum reliquisset Dominum. Sed terra graviora manent: bella, horrida bella.

2 De fulmine dicit Plin. lib. 2. cap. 54. Vigilans ictus, conviventeribus oculis; dormiens, parentibus reperitur. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt. Iam enim stimulis mortis, furenter deductus est in campum, oculus plenum. Rupit amor leges, audeat transgredere Vallis. Verum quid inde? O Deus Optimus, Maximus! Per ea quae coluerunt dedisti summa tormenta; ut per acerbissimam voluptatis amaritudinem, servitium agnoscerent praevocationis libertatem: igitur adinstat Stryi splendorem ignis mirantis & amplectentis, experiuntur usione, tormentum esse sub luce. Non vocat (uti perdidit) saeculum, ut amatores mulceat, sed ut decipiat. Lactat, ut accipiat vota: & per ea quae coluntur, adveniunt summa tormenta; ne sit in dolis acerba perseverantia: igitur dum habetur corditus adamara possessio; constat cruciamine, quanti voluptatum adoratio. Curæ,

Bernardus Reg ad eximium illos remittit saeculum Virgil.

Idem

Plin.

Lucan. 4 v. 175.

Sapientia 12. 23.

Sacerdotes que capta, tora, menta.

Monachi extraculum fra, improperis, & miseria.

Senec.

Ovid. Trist. 1. 4. 46.

Senec.

Vibem tiva, si adorat.

Ovid.

solicitudinesque conscientiam percussam verberant: continuo & corda & corpora vapulant. Mittit Deus de caelo fulmen gratiae, ne excruciant: verum malitia, lumine videntes, ne sentiant; illicet quam coruscationes fulminis illuxerunt, oculos studio claudunt: quandoquidem cum in profundum venerint peccatorum, continent. Improbaram voluptatum, etiam post ipsas poenitentia est: dicit Stoicus, quòd supra: & nihilominus ex illis & falsis & perdidit nulla datur poenitentia, quantumvis summa cruciamina; quoniam sine sensu aguntur, & percussis nec doluerunt. Non enim habent corda; sed pro cordibus saxa: unde cum supra petram, dum mollescent, indurantur; blandimine deliciarum fatue insensibiles sunt. Utque soporiferam biberint pocula Letheae, ille nec iratos sentit habere Deos.

3 Verum quae si vulnera, non poenitentia: Sunt fulminatorum vulnera frigidissima, quibus corda non sentiunt, quantumvis de caelo tacta. Sunt mortua caro, saeculi dolo & veneno; quamvis fulmen emittatur. Ex nullo motu videtur: igitur vigilans ad fulminis ictum, oculos scienter claudunt; dum saeculares dormientes impactò fulmine aperiunt. Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est (subdit Senec. Epist. 53.) In his morbis quibus afficiuntur animi, quòd quis peius se habet, minus sentit. Altruitur causa in praetato sacro testimonio. Per ea quae coluerunt dedisti summa tormenta. Agere seruntur ab amico vulnere. Alij voluptates quaerunt: alij colunt. Qui colunt, etiam tormentis non respiciunt: qui quaerunt, videntes amaritudinem, refugiant pictam perfidiosè dulcedinem: possitissimè si de caelo mittitur ignis, in manducantes invite panem doloris: hique citò levi luce convertuntur, dum colentes summa tormenta non sentiunt: quoniam profecti non solum vitiorum voluptates quaerebant, sed clausis oculis fulmine afflati propensissimè adorabant.

4 Descendunt ergo in saeculum (quod irridet à fatuis concepta vota) pleni omni dolo & fallacia. Quae committuntur, ne cognoscantur vel excusentur; vel quae non committuntur: Dicam ex Ovidio, 3. de Art. v. 370. Mains opus mores composuisse suos, Divitum arotor, potentium arrior, religionis delator, ut aliquid ambiat, ut miccas latrante stomacho colligat; nulli parcat paralitus, salibusque meditatibus gratior

sus; fame urbanus, & etiam fervorum servus. Siquis ex non suis, laudatur; in maximum in optimum quemque citatore cursu fertur; postò in caelum ore, ab illo qui sine pectore. Semper spe lactatur, & evanescit spes, in miseris subsistens, quoniam in sortem fortuna stabilis, & ridet ad aeternum, dum audit planctum. Cuncta haec de caelo vibrata fulmina; ut per culta sint cruciamina: factusque quasi homo non audiens, praeterit: ante fulmen quasi caelum non tonare: igitur praevulneribus famis, desicicent sine voluptate vita, quae vulnera, a fulmine frigidiora. In signum libertatis, collaphizabatur in saeculo servus, ut opprobrium esset libertatis signum.

— Famulusque ingo laxatus brilli, Ducitur, & grato veniat securior ista. Tristis conditio! Pulsata fronte recedit. In civem, promissi felix invidia voti. Ut in rem tucitum Claudian. de 4. Consul. Honor. v. 613. & Nos dicemus latius Tom. sequent. Tautolog. 4. a v. 36. Ne libertate extollaris, quia non extolleris, sed collaphizaris. Vertitur in opprobrium, quod caecè arbitraris plausum. Dicit appositè, est aliò intentus, Iuvenalis, Satyr. 5. a v. 153.

Tu scabie fruereis mali. Hoc agit, ut dolcas. Ergo omnia sunt, Si nescis, ut per lacrymas effundere bilem, Cogaris, pressoque diu fridere molari. Tu tibi liber homo, & Regis conviva videtur.

Captum te nidore sua putas ille culina, Nec male conceitat. 5 Quid Stoicus Cordubensis? In quantam servitium detrusit miserabilis libertas! In quam duram acerbiterem fallax voluptas: Miseri tibi videtur: Nihil miserum est (inquit, de Provid. cap. 4.) quòd in naturam consuetudo perduxit: paulatim enim voluptati sunt; quae necessitate caperunt. Nulla illis domicilia, nulla sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem possit: vilitis & hic quaerendus manu vitium, horrenda iniquitas cali, intacta corpora. Hoc quòd calamitas videtur, torquentium vita est. Haec fulgura dicerentur, sed clarè non visa à peiore, quod induruit; est missa ab illo, qui fulgura in pluviam fecit. De fulmine Plin. d. Homo, nisi convertatur, vi percussus, non expirat. Tandem tandem arcumnis oppressus & compulsus, sese exponit in dedecus. Quid ergo inde? Recessit excusatur? Imò defenditur. Quae non audiuntur

Claud.

Libertatis specularis signum, opprobrium

Iuvenal

Senec.

Summa miseria, & clausura fuga.

Plin.

August.

In illa tormentum dulce, propter acerbitatem scelerum.

Rom 7. 13.

Ovid d. 4 v. 27.

Plin.

Ex eius doleribus frangi reuertitur animus.

Lucan. 5. v. 175

Plin.

tur à voce exprobrantis & obloquentis; à facie inimici & persequentis? Dicit Augustinus in Psalm. 75. *Recedo de Monasterio: neque enim soli, qui sunt in Monasterio, perueniunt ad regnum caelorum; & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent.* Sic ille? Quid Augustinus? *Illi non uenerunt, tu uouisti.* Idem Epist. 199. & Magn. Gregor. lib. 1. Epist. 33. Non est bonum esse in saeculo, qui saeculum fugit voto; recede paululum ab eo, ut quiescas; & uideas, quas erumnas uocabas non esse erumnas. Fiunt de caelo fulgura & voces & tonitrua, quibus aperiantur dormientis lumina clausa, atque conscientiae redardefcunt è frigore uulnera, mente relinquente saeculum; *ne fiat supramodum peccans peccatum:* igitur excelsus iniquitatis; amara tenebrae splendore cognitionis. In memoriam ergo, quae sunt, quae fuerint, quae mox ventura trahuntur.

Dum uice mutata, quid sim, fuerimque recordor.

Et tulerit quò me casus & unde, subit; Corque uetusta meum tanquam noua uulnera sentit.

Hinc sinum maesta labitur imber aquae. Solamen itaque auidum recipiet pectus, dum è silice ritus. Proferunt coruscationibus fulmina, si commota tremuit terra.

6. De fulminibus loc. cit. Plin. inquit: *Perplurimum refert, unde uenerint, & quò concesserint.* Optimum est in exortivas redire partes. Iaso cum à prima caeli parte uenerint, & in eandem concesserint; summa felicitas portenditur. Profectò è caelo vibrato fulmine gratiae, summa felicitas est, ubi praeruatorum conuertuntur ad eor. Redit Ithoc unde exiuit; & ad illam caeli partem, à quo fuerit recessit. Optimum est ad sacra violatè apollasit religionis, in exortivas redire partes: equidem quod lactabat at delictum, ex ipsa uanitate iam cognoscitur mendacium. Multiplicatae sunt infirmitates eorum & postea accelerauerunt.

Magnoque exeluat igne

Teatum te Phaebe ferens; nec uerbere solo

Uteris & stimulis, flammam in uiscera mergis.

Accipit & frenos.

An tranquilla omnia? Deus scit: scrutans corda & renes Deas, De fulmine subdit Plin. *Unum animal hominem non semper extinguit, caetera illico.* Vita prioris remanent uestigia, quoniam propter cor-

dis resistentiam, fulminis etiam inefficax flamma. Cor si ueneno inicitur, non adaritur: ait idem, lib. 11. cap. 37. *Nitorum in holocaustum, claret inextinctum; etiam peccata dura, de caelo tacta: dom flamma fulminis vel igne concepto frigida.* Hinc ubi Deus conuertit illum conuersionem, dicitur à Propheta: *Conuertimini filij reuertentes.* Apposite & iure, quippequam sepe reuertuntur, uerum sine conuersione: conuertuntur uero, reuertendo de miseria in abundantiam, at tamen nequaquam in penitentiam: igitur per uirtutis ac perfectionis speciem, attantur rapido leuant sub pectore uulpem.

7. *Ad Monasterium uenit* (inquit Bernard. Serm. 12. de Verbis Domini. n. 97.) *ut peccata, quae commisit in saeculo, pauere debeat in Monasterio; sed postquam ingressus fuerit, non solum quae commisit, dolendo non diluit; sed insuper alia forsitan grauiora committit.* Fiunt ergo nouissima hominis illius peiora prioribus, dum totus debebat esse praer conuersione stertus. Petrus dum audit in uari, Dominus est; misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt. Qui in uari fertur; quia fertur, sine labore procedit: qui natando, summo labore iter conficit. Ad letum omnes conuabantur accedere. Petrus defecerat magis dignatus à fide: & dum ad illum reuertitur, haudquaquam fertur in uari; quoniam qui reuertitur malis gravat conscientia, debet exequi maiora, nec ire ad Dominum per iter, & exercitia communia. *Qui lapsus est* (ait Gregor. Magn. Homil. 20. in Euangel.) *tantò à se licita debet abscondere: quanto se meminit, & illicita perpetrasset.* Aliquid amplius in obsequium praer ceteris faciet, qui praer ceteris offendit: & ut uenias, ad Dominum citius uenire poterit si haud tendit in quiete uari, sed in molestia obsequiosi laboris. Alij nauigio conuiciunt iter: Petrus se misit in mare. Adione expressit: negotiationis praeritudinem; dum reuertit cupiebat à offensam Redemptorem seseque mittit in mare, offensam tactus dolore; quippequam non ausus transire ad Dominum, quin prius in mari uileretur lachrymarum. Se enim reuertentes conuertuntur; siquidem uera reuersione in conuersione cognoscitur, in lachrymis cor exprimitur quippe ubi nulla uel apparens obicitur oculis peccatorum, nulla prorsum è reuersione conuersione.

8. *In Praelatis* (dicit in Sententi. n. 30. Bernard.) *ut custodiam gregem suum; sunt*

Jerem. 14. Unde reuersio, sed non conuersio.

Bernard.

Ioann. 21. a 72

Gregor. Maen.

Bernard.

Bernard.

S. Ben.

Jerem. 6. 15.

Magna sollicitudo praer lais ergo apostolus ista re uerentia.

Et quaerit.

Bernard.

Apoll.

Tom. VII. Tit.

necessaria uita fidei & doctrinae sinceritas: studiosi bene operandi sedulitas: & de salute subditorum diligens curiositas. Salus horum conuertorum reuertentium, eget cum sedulitate & sinceritate, curiositate diligenti praerlatorum: etenim est, ubi semel prava affectio, qui nequiter se humiliat; & interiora eius plena sunt uolo. Super eum omnino intendat curiositas (inquit N. Patriarcha Gloriosus, d. cap. 58.) & sollicitus sit, si uerè Deum querat: si sollicitus ad opus Dei, ad obedientiam, ad approbationem. Ita, si ita. Verum plerique conuersione non sunt confisi: erubescere nescierunt, in malefactis gloriantur, & de illis quasi de uirtutibus loquuntur; infolentia aucta ex sociorum patientissima modestia. Sine compunctione pungunt sanos: quid si aliquatenus inuenierint xeros? Adinstar muscae quicquid mortuum tangunt, uermant: uti fulgore, lingua uel splendida maculat: quasi scorpis status specula uirtutum obnuubilat: & cum totum negotium sit otium, adinstar araneorum, insidiantur retibus, confectis ex uisceribus patridis. Hi non sunt reuerti, quoniam fide morum conuersione, sine fronte, sine facie, sine pectore. Qui prius considerant, ut allociarentur, uultum nativitate in speculo reuersionis; cum priora ad illicem uoluerint, statim oblitati sunt, quales fuerint. Pingit Bernardus. *Au loquetur ergo, aut rumpetur: plenus enim sermonibus (inquit de Gradib. humilit. & superb. cap. 13. n. 41.) esurit & sinit auditores, quibus suas iactiter uanitates; quibus omne quod sentit, effundat: quibus qualis & quantus sit, innotescat. Inuenta autem occasione loquendi; si de literis sermo exortitur; uetera proferuntur & noua: uolant sententiae, uerba resonant ampullosa. Praeruenit interrogantem, non querenti respondet: ipse querit ipse soluit; & uerba colloquutoris imperfecta praerindit: Si ad ludicra sermo conuertitur in his quanto assuetior tanto loquatur inuenitur. Auditur, quia primus hospitibus obuia it. Quis est hic? inquitur? Respondetur: Hic est ille. Proh sine pudore pudor! Haud maximi, audiens habet Monasterij uenerandam perfectionem, cum uideret ex occurru relaxationis specimen.*

9. Unde ergo tanta ues: Ex ositantia praerfidis, à quo abeunt & diligens curiositas, & studiosa sedulitas; maxime eorum corrupti simulque corruptentes, fracta fide, flagitiosus, nullo modo foverendus, sed suffocandus. Libertas illi imprudens.

bus credatur rite conuersa; dum ut mox nec Theocritus, Edyl. 10. v. 11. & 11. uerbi 10.

Perniciosum est canem extra gustare? Amat non uos, sed perniciosus furis.

Primo tader, paulatim placet, & fatue laudat, ne iterum qui praerceptis austeritate ruat. Sed quid? Pauper incenditur, dum inquit benedicitur, huiusque crescit calamitas, quoniam etiam ex scandalis impunitas; cum in exemplum, & excessum coercitionem, ferrum & ignis necessarium medicamen, & plantetur uirtus, ubi plebitur scelus. Tempus euellendi, quod plantatum est: dicit nostra Tautologia. Opposita obiciuntur, ut amice conciliantur à prudenti Praerlato: plantatio scilicet & euellio, in amouentem uirtutis, & exilium corruptionis: igitur uirtutum à Monasteris euellytur, ubi supplicium prudenter in medicam plantatur.

10. Vindimus maeste inflata ab iniquitate uulnera: uideamus à Salvatore opposita, apposita medicamina; quia sine illis ex scandalo multorum ruina. *Qui scandalizauerit unam ex pusillis istis, qui in me credunt; expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Ita Medicus caelstis, in prauum exemplum, bonis scandalum. Sic sententia iusti iudicis, cum ex praerorum moribus uiderit sapientes morientes. Verum quare aquis tradendi, qui sine rubore coram alijs flagitiosus? Ne remittatur supplicium, dum intercedit scandalum, & impunita crimina prave sequuntur exempla. Apollata à religione non solum pusillis, sed in uirtute perfectis praerbuic scandalum, & ad iter offendiculum; quoniam ab illo religio reprobatur, quae à cunctis iure diligitur.

— *Frana uiuentis*

Concutit, & stimulos sub pectore uertit

Apoll.

Ut primum cessit furor.

Reuertitur, sed allicitur: ita ut illa comapunctio cordis, iam non illa, quoniam crimen sine poena, ut maius sit scandalum; non habere supplicium. Iudici, non legi obsequitur, lenimine astu studiosè blanditur. Non inuenitur est peccatum queritur; inò amica protectione ex pravo affectu indulgentiae, laudatur peccator in desiderijs animae suae: aquisque maris tradere expedit, qui ita uitam in scandalum exposuit; quoniam corruptis moribus, fracta fide, flagitiosus, nullo modo foverendus, sed suffocandus. Libertas illi imprudens.

Theoc.

Artes apostolatum, ut effugiam supplicium.

Ecl. 14

Matth. 18. 6.

Virg. dy 109

Apostata non foverendus, sed suffocandus.

Ritr.

gen.

deiter conceditur, ut arrepta libertas cognoſcatur, à cunctis agnitus, dum in opprobrium videtur; qui poſquam in clauſtris, ſalutis videtur in vinculis; quibus averſionis excitaretur ſtetus, & compungeretur animus. Cæterùm aliter capitur ſtultiffimum conſilium, ne reus mittat cum ſicula lorum: ſuffocarique à Domino præcipitur, ne hinc inde pro ludibine vagetur; quoniam illi & religioni expedit, quod in decorem conducit: religioni, ne iterùm patiatur opprobrium: illi, ne denud recrudescat ſcandalum.

II Dicit textus. *Expedit, ut ſuſpendatur mola aſnaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Non fat pena ſuffocationis: cum etiam additur *In profundum maris.* Non fat in maris amaritudine ſuffocatio, ni ſit iactatio cadaveris in profundo. *Mola aſnaria*, ne poſſit moveri, nec fluctibus præſtitis hinc inde iactari, quin valeat emergere; ut iaceat ſemper, quia iacere congruit. Si alibi ſummergeretur; ubi demerſus, conſtaret, & ſimul pateſceret, quò iaceret: in maris profundo, dumtaxat ſignaretur ſuffocatio; Chriſtusque & maris profunda ſignat; quippe puſillus expedit, etiam neſcire, quò iaceat. *Apoſtata, vir inutilis, graſſatur ore perverſo, amittit oculis, terit pede, digito loquitur, prava corde machinatur malum; & omni tempore iurgia ſeminat.* Hæc è Salomone ſigna, ut a victu removeatur Apoſtata; & qui apoſtaſia ſe præberent in ſcandalum: eſſique Chriſtus in ſuffocationem designat maris profundum, ubi dignoſci non poſſunt; ſiquidem hinc nocent, non ſolum ſuffocandi ſunt, ſed neſciendum ubi ſint. Ver-nacule: *Aunque eſſen alli; porque no daſſe ſu trato, y converſacion, ſe ha de ocultar donde eſtán.* Quia unde ceciderunt, conſtat (ubi ceciderunt, lateat. Neſciatur ſupplicij locus, modo pateſcat fulminatum in ſcelus. Vacitur de *Morib. Germanor.* cap. 12. *Proditores & tranſugas mergunt. Diversitas ſupplicij (ait) illuc reſpicit, tanquam ſcelera oſtendi oporteat, dum puniuntur; ſagitta abſcondi.* Conſtant ſcandala per tormenta, ne ſint ſcandala: ſummerganturque tranſugæ & proditores cum ſagittis, quæ hauriuntur exemplo ab oculis: etenim puſilli ut ſimplices, ſi ſagittia impunita, ſemel aſpecta; corruunt impulſi præcipites in ſagittia.

12 Nullum ergo vitium ſine patrono, vel quia miſuitur, vel quia à iuſticia ſub-

trahitur: de quo Seneca, *Epist. 97. Nec ante illi culpa, quam culpa fortuna diſplicuit. Id prava conſuetudine venit.* Culpa non ignoratur, ſed negligitur; quippequam reus eiſdem vitijſ fit aliquando gratioſus, quibus pravus, ſi ad patronum pervenit vitiorum fructus. Signat Guaricus. *In huiſmodi cauſis (inquit, ſerm. 4. in Baſiſt. natioit. num. 4.) facile quiſquis ſibi inveniit patrocinium alius infirmitatis alius ſocietatis, cui morem gerit; alius honoris quem gerit.* Totum vanitas, & totum iniquitas, quaſi dedecus illius timidæ auctoritatis eſſet, delinquentem à gladio non erueret iuſtitia, cui lex in iugulam tradidit. Modò illi placeat, quid quòd alijs in pravitate diſpliceat: Sunt enim ſine vindicte leges: ſed ſupervacue leges, dum abſunt vindicte. Ius datur ſceleri in commune nefas. Nunc. 1. *Pharſal. v. 37. & 2. v. 60.*

— *Scelera ipſa neſaſque Hac mercede placent: tantoque novorum Provento ſceleram.* Unde cum pena ſit criminum medicina; medicandi doloribus, impuniti non dolent: ſed peius habent.

13 Theram ſipatio perſivo exponitur ab Evangelico Vate. *Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam (Et pro Quia)* Peſſimum in malo, dum deſperatur etiam correptione correctio: inſaniſſim enim cognoscitur, dum non compenſatur; ſed in ſcelere relinquitur. *Apoſtata veniet perdiſio, nec habebit ultra medicinam:* ſubdit Salomon. Curare quibat dolor intimum vulnus, diſcens iuſtitiam, ex his que paſſus: fautorque mali deſtruit in perditionem; quippe ſolicitat anxie criminum impunitatem. Peribit qui perijt, ubi iuſtitia fugit. Spes concipi poterant in ſalutem; per correptionem, vulnere medicamen. Unde cum fautor iniquitatis ſubtrahant penam, impius ultra non habebit medicinam; quoniam unde venturum in ſcelera cruciamen, inde crudeli pietate accipit conſolationem. *Miſereamur impio, quia non diſcet iuſtitiam.* Hebr. *Nequaquam didicit iuſtitiam.* Quia non didicit, ab illa pravus eximitur: In maiora & graviora favoribus invitatur: quod ſummum malorum, ac in ſtatu propudium, proculcata iuſtitia, ubi debebant ſcelera: quandoquidem ſerpens gliſcit in congregatione ſcelus, dum impius videtur favoribus exaltatus. *Contere (Domine) brachium peccatoris & maligni.* Quznam relinquet peccator errore criminum; ſi prænoſcit

Senec.

Guarri.

Ex patrocina in iuſtum.

Lucan.

Iſai. 26. 10. Et pro Quia

Prov. 6. 15.

Et quare pravus

Ex indultantia ruit in graviora

Pſalm. 30. div. v. 25.

noſcit ad cauſam habere brachium: *Peccatoris & maligni.* Poſeſt eſſe peccator ſine malignitate; verum nulla malignitas ſine crimine: & huius brachium ſolicite conterendum; ne creſcat ſota malignitas peccatorum; etenim ſpe protectionis ad crimen, malignus convertitur in ipſam malignitatem. *Plaut. Perſa; Act. 1. ſcen. 2. v. 30.*

Plaut. Ex proprio ingenio mores alienos probas. Que non cogitat: Indicat, & ſuggerit, quæ vel ipſe non faceret; prævalente malignitate, quamvis mentiatur iniquitas ſibi: etenim denigratis alijs, technis & technis protectione fautoris, altitia malignitatis, ſpecie virtutis; quod oculis patet & cognovit orbis (uti diximus) peccatum ad panam queritur) ſed nequamquam invenitur. Conteratur ergo brachium, ut conteratur malignitas & flagitium: equidem ſi impunitate prævaler, pravus nec iuſtitiam diſcet, nec medicinam habebit. Videtiſ dicta, *Tom. 3. Didasc. 6. Tautolog. 1 Tom. 4. Tautolog. 1. à Didasc. 3.*

Quanta ſita illi mali genita.

M. Sen.

Ubi Sap

Illud eſt verſatio iuſtorum perverſio

Alapid.

vantia diſcatur, à quo deſpicitur: & dum pro vulnere introducitur clementia, cuſſi iuſticia deſiderat medicina; quoniam ſine punitione doloris, nec ſpecies penitentiſ. *Ardua res eſt, eos ſuſpere, quibus adeſt quidvis facientibus impunitas:* ait Ioleph. 19. *Antiquit. cap. 2.* Indulgentia non eſt pietas, ſed iniquitas: igitur minime æquum, quod rideat vitium; & qui committit, & qui in terra ſanctorum. Haud quadrat miſericordia, ubi pena medicina, & ubi penitentorum nulla datur penitentia: quandoquidem quoniam in terra ſanctorum, à iuſticia de cretum maius & gravius ſupplicium. Non ergo foveatur impius: nomen eius non memoretur amplius; ſed demergatur in profundo mari, ne poſſit egredi. Detrudatur in tenebras, & non in lucem, ut tantum reſpiciat crimen, non habens emergentii facultatem; *ne una ovis morbida (ut Benedictus d. cap. 28. monet) omnem gregem contaminet.* Sic enim diſcitur iuſticia, pateſcetque ex corde miſericordiam in exitum penitentiſ, traditur impius in interitum carnis. Aliter dum ſcandalum indolent, *planctus eſt, & erit in planctum.* Dum prævalent prava in pravus; ut ait vel Ethnicus, 2. *Amor. Eleg. 19. 35.*

Ioleph.

Sine iuſticia in peccata, et in deſiderata clementia.

S. Bene.

Ezech. 19. 14.

Ovid.

DIDASCALIA III.

Minimè ableganda gratia, eſto inter-veniat iniuria.

I D Uctur utique in vanitates, & in ultionem fatuus fovet meditaras iniurias; quippe cum ſepè ex errore mentis; cogitant in vindictam proprias cogitationes: priuſque mori, dicit ſine vulnere peſtus;

Quam noſtro illius libatur peſtore vulnus. Virgil. *Mentis perturbaciones (ait Pindarus, Olymp. Od. 8. v. 56.) impellant in errorem etiam ſapientem:* quid ſtultum & ſtolidum ſæculi deſipientis inſequentem vanitatem: Plerumque huiſmodi vitium ſedet in face peſtoris, fungentium honore alicuius dignitatis: ita inſuſis depravata mente; ut quas iniurias fecerint iudicent fieri, vindicareque cupiant, ut plures faciant. Has ergo pudeat ulciſci, dum deſcet compati: cum emanent ab honoris inſolentia, inflationis arrogantia, ſine ulla

Virgil. 1. Eciog

v. 64.

Pindar. Conſtitio inſuſita, ſeuſu munſtri